INA
.8
5383
152
119
2
151

Palat. LXII 8

MODO DI PROFESSARE

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Stamperia del Fibreno — 1851.

Inginocchiata la Novizia avanti alla Priora, questa le dimanda:

Che cosa è quello che chiedete?

Ella risponde:

La misericordia di Dio, la povertà dell'Ordine, e la compagnia delle sorelle.

La Priora soggiunge:

E vi fidate di soffrire tutt'i travagli della Religione durante il tempo di vostra vita?

Ed avendo risposto la Novizia:

Sì, con la grazia di Dio, e le orazioni delle sorelle.

Faccia la sua professione nelle mani della Priora in questa maniera:

Io N. faccio la mia professione: ecc.

Ed avendo detto queste parole tre volte, dica allora la Prelata questo verso:

℣. Immola Deo sacrificium laudis.

Rispondano le sorelle:

℟. Et redde Altissimo vota tua.

Allora quella che professa, ponga la carta nelle mani della Prelata, dicendo:

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: in atriis domus Domini.

Subito dica la Prelata:

Deus qui te incepit in nobis, ipse te perficiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Stando in piedi la Prelata dica queste Orazioni:

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus

Sempiterne Deus, et omnipotens Pater, qui humanae fragilitatis infirmitatem agnoscis, respice quaesumus super hanc famulam tuam, et larga tuae bene ✠ dictionis abundantia imbecillitatem ejus corroborare digneris; ut promissa vota, quae praeveniendo aspirasti, per auxilium gratiae tuae sancte, pie ac religiose vivendo, valeat vigilanter observare, et observando vitam promereri sempiternam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

E se vorrà dire più orazioni, dica:

Oremus

Domine Jesu Christe aeterni Patris Unigenite, qui nostrae mortalitatis tegmen in Beatae, et Intemeratae Virginis Mariae utero induere, et mundum peccatis inveteratum per tuae Incarnationis Misterium renovare dignatus es: te supplices exoramus, ut intercedente ipsa tua Genitrice Maria hujus Sanctae Religionis Patrona praecipua, haec famula tua in spiritu mentis suae renovata, veterem hominem cum actibus suis exuat et novum hominem, qui secundum Deum creatus est, inducre mereatur. Qui vivis, etc. ℟. Amen.

Oremus

Sancte Spiritus, qui te Deum, ac Dominum revelare dignatus es mortalibus, immensam tuae pietatis postulamus gratiam, ut sicut ubi vis spiras, sic et huic ancillae tuae affectum devotionis concedas: ut per intercessionem Beatissimae Virginis Mariae, cui peculiariter in sancta Religione devotum exhibere disposuit famulatum, eam a vanitate saeculi veraciter convertas et ad hujus sancti propositi observantiam facias ita certatim fervere; quatenus juste et pie vivendo, per veram humilitatem, obedientiam, castitatem, et abdicationem proprietatis in fraterna charitate constanti perseverantia hujus sancti propositi cursum salubriter valeat consumma-

re: quod ipse praestare digneris, qui cum Patre, et Filio vivis, et regnas Deus in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Finita questa Orazione, o Orazioni, dica col segno della Croce:

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, et sanctitate veritatis. In nomine Pa ✠ tris, etc. ℟. Amen.

Subito le cinga la cinta, dicendo:

Cum esses junior cingebas te, et ambulabas, quo volebas, cum autem senueris, alius te cinget. In nomine Pa ✠ tris, etc. ℟. Amen.

Ponendole lo scapolare, dica:

Tolle jugum Christi suave, et onus ejus leve. In nomine Pa ✠ tris, etc. ℟. Amen.

Quando le porrà la Cappa, dica:

Qui sequuntur Agnum sine macula, ambulabunt cum eo in albis: ideo sint

semper vestimenta tua candida in signum internae puritatis. In nomine Pa ✠ tris, etc. ℟. Amen.

Avendola finita di vestire l'asperga con l'acqua benedetta, e dica sopra la Professa, che ha da stare inginocchioni ed inchinata con la testa, questa Orazione:

Dominus Jesus Christus, Pater misericordiarum, et peccatorum consolatio, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, et vivat qui non venit vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam, ipse tibi sua ineffabili misericordia, et solita pietate veram, et continuam cordis contritionem, ac sanctam poenitentiam inspiret; ut digne habitum sanctae professionis gerere, et promissa Ordinis sancta valeas adimplere: ac in suo sancto servitio perseverare et cum ele-

ctis ejus ad aeterna gaudia feliciter pervenire. Qui cum Patre, etc.

℟. Amen.

Poi aspergendola con l' acqua benedetta, dica:

In nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spi ✠ ritus Sancti.

E cominci la Prelata, Te Deum laudamus, *e si dica a Cori. Finito l'Inno dicano tutte* Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. *E chi fa l' ufficio dica in voce più bassa* Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Manda Deus virtuti tuae.

℟. Confirma hoc Deus quod operatus es in ea.

℣. Salvam fac ancillam tuam.

℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in ea.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

℣. Ora pro ea Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digna efficiatur promissionibus Christi.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus

Deus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da ea in eodem spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Oratio

Protege Domine famulam tuam sub-

sidiis pacis, et Beatae Mariae semper Virginis patrociniis confidentem a cunctis hostibus redde securam.

Oratio

Deus misericors, Deus clemens, cui cuncta bona placent, sine quo nihil boni inchoatur; sine quo nihil boni perficitur, adsint nostris humillimis precibus tuae pietatis aures, et hanc famulam tuam, cui in tuo sancto nomine nostrae sacrae Religionis habitum imposuimus, ab omni mundana vanitate, et saeculari impedimento, ac carnali desiderio defende, et concede ei propitius; ut in hoc sancto proposito devota persistere valeat, et remissionem peccatorum percepta ad electorum tuorum consórtium valeat feliciter pervenire.

Oratio

Deus, qui non vis mortem peccatoris, sed per poenitentiam emendationem vitae semper inquiris, te suppliciter deprecamur, ut huic famulae tuae secularibus actibus renuncianti, largam tuae miserationis gratiam benignus infundere digneris, quatenus castris tuis inserta, ita tibi militando stadium vitae praesentis percurrere valeat, ut aeternae remunerationis bravium te donante percipiat; et sicut (te Deo inspirante) nostris optat jungi consortiis (propter quod damus ei communem vivendi nobiscum societatem, quantum apud te possumus promereri, et nostrum est largiri) sic cum electis tuis a te remuneratore omnium bonorum valeat repromissa

praemia percipere. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Mentre si dice il Te Deum, *Preci, ed Orazioni, stia la Professa prostrata in Croce in mezzo del Capitolo sopra un panno di Sargia, ed in questo tempo suonerà la campana maggiore del Convento come ai Morti, ed avendo finito, si levi e baci l'Altare, e la mano della Prelata, ed abbracci tutte le sorelle per ordine: e si canti in quel mentre il Salmo:*

Ecce quam bonum, et quam jucundum: habitare fratres in unum.

Sicut unguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Ripete il Convento. Ecce quam bonum, et quam jucundum: habitare fratres in unum.

Cant. Quod descendit in oram vestimenti ejus: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Conv. Ecce quam bonum, etc.

Cant. Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, et vitam usque in saeculum.

Conv. Ecce quam bonum, etc.

Cant. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Conv. Ecce quam bonum, etc.

Cant. Sicut erat in principio, etc.

Conv. Ecce quam bonum, etc.

Se finito il Salmo non sarà finita la Ceremonia, prima di dire Gloria Patri, etc. *le Cantrici ripetino*: Sicut unguentum etc. *e segue il Convento*: Ecce quam bonum, etc. *insino che sia finita, e subito usciranno tutte dal Coro in Processione, dicendo il Salmo*: Deus misereatur nostri.

PAL
LXI